minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta (ad) Exercitorum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non defferendo Ad quietationem ultra [illegible] terminos officij praefati Castren[sis] Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasq[ue] motiones appellationes protestationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Decreto bello Conventionum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Et in Continenti coram eodem officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capital[ibus] Premisliensibus personaliter Comparens Generosa Martha Marianna de Humniska eiusdem Generosi Joannis Sidzielski consorte ac attestatione et ultrones ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Iuris districtualibus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo praesenti vero Castrensi Capitan[eali] Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad vim actus praesentis attinet totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsa de omnibus generaliter iuribus suis super praefata bona ab eodem marito suo habitis et servien[tibus] et quovis titulo iuris ad eadem bona se se referen[tibus] super inscriptionem praeventam Cessionarium ultro et benevole consensit consentitq[ue] praesen[ti] de iisdem iuribus in toto approbat confirmat et ratificat Hac sua praesenti personali recognitione ad id mediante.

M.M. Madalinskich Mutua Advitalitas.

Coram Magnifico Nicolao de Tęczyn Ossolinski in locum infrascripti Magnifici Martini de Kiedrzelsk[?] Madalinski Capitanei loci praesentis Subdelegato munusq[ue] hoc ulem subdelegationis in se benaq[ue] sua libere et benevole coassumente Officioq[ue] et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Et consortis legitimae eiusdem Martini eius ut tutoris coniugalis personali

672

Comparentes personaliter Magnificus Martinus de Kiedrzelsko Madalinski Premislien[sis]
Capitaneus ab una et Catherina de Brensa parte ab altera coniuges
legitimi et quidem Magnificus maritus solus per se Magnifica vero consors
cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis assistentia et ultroneo admi-
[...] recognoscendi consensu sani mentibus et corporibus existentes a
Terris districtibus iuribus iuris ditionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus]
recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi iuris ditioni se cum
successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet
totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam libere publice ac per
expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter bonorum
suorum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium sum-
marumque quarumvis pecuniarum nec non auri argenti clenodiorum mo-
netarum stanni cupri aeris vestium vestimentorum pecorum pecudum equi-
rum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae
mutuam advitalitatem et usum fructuum ad extrema duntaxat vitae suae
tempora inscripserunt et concesserunt prout inscribunt et concedunt praesen[tibus]
tali videlicet modo quod si prius memoratum Magnificum Martinum
de Kiedrzelsko Madalinski Capitaneum Premisliensem maritum suum quam
ipsam Magnificam Catherinam de Brensa Consortem suam de hac luce de-
cedere contigerit extunc eadem Magnifica Catherina de Brensa consors
sua legitima bona generaliter omnia hereditaria et obligatoria mobilia et immobi-
lia ac res suprascriptas omnes morte mariti sui derelictas cum omni eo-
rundem iure dominio et proprietate omnibus et singulis bonorum et rerum
praefatarum utilitatibus fructibus proventibus commodis obventionibus attinen-
tiisque et pertinentiis generaliter universis tenebit habebit et possidebit illisque pacifice
et quiete utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mor-
tem vero eiusdem Magnificae Catherinae de Brensa Madalinska Capitaneae

Premislien[sis]

Praemisliensis consortis suae extunc bona eadem omnia suprascripta ad Succes-
sores praefati Magnifici Martini Madalinski Capitanei loci ejusdem maritis sui
sine ulla contradictione Successorum eiusdem suprascriptae Magnificae Ma-
dalinskiae Capitaneae Praemisliensis coniugis eius cum pleno iure bonorum eo-
rundem devolventur devolvique debebunt. Similiter etiam si prius memo-
ratam Magnificam Catharinam de Brenza Madalinska Capitaneam Praemisliensem
consortem suam quam ipsum Magnificum Martinum Madalinski Capita-
neum Praemisliensem maritum suum de hac luce decedere contigerit extunc idem
Magnificus Martinus Madalinski Capitaneus Praemisliensis maritus eius
bona praedicta omnia hereditaria et obligatoria mobilia et immobilia ac res
suprascriptas omnes morte consortis suae derelictas cum omni eorundem
bonorum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus
fructibus commodis proventibus attinentiisque et pertinentiis praedictis universis
tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete utifruetur ad
extrema vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Magnifici Capitanei
Praemisliensis mariti ipsius extunc bona eadem omnia suprascripta ad Successores
praefatae Magnificae Catharinae Madalinska Capitaneae Praemisliensis consortis
suae sine ulla contradictione Successorum eiusdem suprascripti Magnifici
Martini Madalinski Capitanei Praemisliensis mariti sui cum pleno iure devol-
ventur. Actis suis praesentibus personis et vobis recognitionibus ad praemissa omnia
me dicantibus.

Ostrowski et Mrozek se se mutuo Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Generosi Christophorus in Ostrow Ostrowski ab una atque Martinus Mro-
zek Arseledzki et Zophia Dzbrowska coniuges legitimi maritus solus
per se consors vero cum eiusdem mariti sui quoad totius coniugalis assistentia